

## Übersetzung des Ablativus absolutus

- durch adverbialen Gliedsatz, Präpositionalausdruck oder Beiordnung
- passende Sinnrichtung wählen!
- Zeitverhältnis beachten!
- Handlungsart beachten!

1. Oraculo Delphico consulto Laius cognovit se manu filii sui decessurum esse.
2. Quo nuntio accepto filium suum in montibus exponi iussit.
3. Filio in montibus exposito pastores (*Hirten*) Polybi regis in eam regionem venerunt.
4. Infante (*infans=Baby*) reperto pastores commoti sunt.
5. Pastoribus Corinthum redeuntibus Polybus infantem videre voluit.
6. Rex infantem propter pedem violatum "Oedipum" appellavit. Quo nomine reperto Polybus puerum excepit.
7. Puero excepto familia regis per multos annos felix erat.
8. Post nonnullos annos Oedipus a hospitibus ebriis (*ebrius: betrunken*) comperit se non esse Polybi filium.
9. Hospitibus adhuc cenantibus Oedipus oraculum adire decrevit.
10. Polybo id consilium reprehendente Oedipus tamen iter Delphos fecit.
11. Pythiā de rebus futuris rogatā Oedipus se patrem occisurum et matrem uxorem ducturum esse comperit.
12. Quibus rebus compertis Oedipus se numquam Corinthum redditum esse decrevit;  
Polybum enim patrem suum esse credebat.
13. Oedipo in via angusta iter faciente oraculum Apollinis verum evasit (*verum evadere: sich bewahrheiten*).
14. Laio viam non dante Oedipus tanta ira commotus est, ut senem de curru traheret.
15. Ministris regem defendantibus Oedipus tamen senem necavit.
16. Et secunda pars oraculi vera fuit: Thebanis a Sphinge liberatis Iocasta Oedipo uxor data est; quae autem eius mater erat. (*Thebani, orum: die Thebaner*)